



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatus De Institutione Sacerdotum, qui sub Episcopis
animarum curam gerunt, quo ad mores eorum & reliquam
vitam**

Soto, Pedro de

Louanij, 1562

2 De actibus rationis practicae & voluntatis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30247

Lect. secunda.

DE ACTIBVS RATIONIS
practicae & voluntatis.

AM de actibus harum
potentiarum quatenus
morali nostro proposi
to conueniunt, breuiter
dicendū: quomodo videlicet ra
tio practica dirigat voluntatem,
& quomodo ipsa prorumpat in
actum, atque progrediatur in su
is operationibus.

Illud ergo statuatur primū: *Quomo
do intel
lectus &
volūtas
inchoēt
actiones
& in eis
progres
diantur.*
voluntatem nostram (quæ in bo
num, vt diximus, rationis tēdit)
duo respicere, scilicet finē, & me
dia. Sic & intellectus ipse practi
cus, qui illam dirigit, vtrumque
considerat: finem tanquam prin
cipium, media tanquam conclu
siones inde deductas. Vnde prin
cipia hæc & fines, & actus circa
ipsa, certa sunt, ac natura indita
& rationi & voluntati: media ve

ro & conclusiones nec certa & eadem sunt, nec in ipsa eodem modo & ratione ferimur: sed varie atque diuersimode. Cum enim natura rationis & voluntatis nostre mutabilis sit: non solum in diuersa & contraria, sed nonnunquam in eadem obiecta contrario modo fertur: quod in Deo omnino non est, apud quem nulla est vicissitudinis obumbratio: sed nec in ipsis angelis est tanta mutabilitas, quanquam et ipsi non simul omnia agnoscat & velint. Quod ideo dicimus, vt in hoc principio mutabilitatem anime nostre in suis proprijs operibus agnoscamus, vnde non minima sunt circa mores in nobis pericula & incommoda. Cum itaque mutabilis sit ratio & voluntas nostra: natura vero semper ita comparatum sit, vt motus omnis ab immobili aliquo & certo incipiat: indita sunt certa quedam principia rationi & voluntati nostre, atque fines a quibus ad conclusiones et

mes

media progressus fiat.

In ratione itaque practica sunt quædam certa & immobilia principia, quæ August. in 2. lib. de lib. arb. vocat principia & lumina virtutum omnium: & in 12. de Trin. vt superius diximus, rationes spirituales & æternas, ac immutabiles, sicut numerorum rationes. Itaq; vt intellectu speculatiuo certa quædam principia, natura indidit, quæ Philosophi vocarunt axiomata seu dignitates & maximas: vt nihil simul esse & nõ esse: totũ maius esse sua parte: quas nullus negare potest: ita et in intellectu practico sunt certa etiã principia, quæ non aliud sunt, quam de finibus humanis certa quædam iudicia: vt beatitudinem esse appetendam; studendum sapientiæ: iustè viuendum: posthabenda esse se deteriora melioribus: æterna & incorruptibilia meliora esse corruptibilibus & tēporalibus: auerendum esse animũ à corruptione, & transferendum esse ad incorrupta.

corrupta

In 1. p.
79. ar. 13
Synderi
sis.

Voluntas
naturali
ter ap
petit fi
nē. Vel
le itētio
e fruis
tio actus
volunta
tis.

corruptionem. Eiusmodi iudici
um intellectus practici d. Thom.
ex Hier. & alijs antiquiorib⁹ syn
dere sim vocat: alij apicē & sub
lime mentis, quod semper inuio
latum manet & incorruptum,
quantumuis falsis opinionib. &
peruersis affectib⁹ sit homo cor
ruptus. Et hæc est prior rationis
nostræ practicæ operatio.

Quia verò, vt dictum est, vo
luntas cognata est rationi, hūc ra
tionis actum sequitur in volūtas
te similis alius actus: naturalis sci
licet appetit⁹ finis: velle esse bea
tum: velle iustè viuere: incorrup
tionē & æternitatem appetere.
Omnia enim illa quæ ratio vt fi
nes proponit voluntati, & vt cer
ta bona, illa naturaliter appetit
volūtas: & hic appetitus finis vo
catus est voluntas, siue velle: cō
muni videlicet nomine: sicut cū
in fine iam habito quiescit, ille a
ctus dicitur fruitio: & cū in il
lum per media tendit, dicitur in
tentio.

Hi

Hi igitur sunt primi actus in humane vite progressu. Nō quod necessarium iudicemus explicitē & actu vel à ratione cogitari, appetendam esse beatitudinem, vel voluntatem ita eam velle: sed satis est, quicquid iudicat ratio appetendum, & quicquid voluntas appetit, vt indutum ratione beatitudinis, sapientiæ, vel iustitiæ &cæt. & appeti, & iudicari appetendum. Vnde in omnibus quæ volumus, sunt virtute hi finium appetitus: sicut in omnibus quibus intellectu speculatio assentimur, priora illa principia virtute continentur: videlicet nihil simul est & non est: cum tamē illa actu cogitasse explicitē non sit opus, vt ipsa experientia docet.

Iam quales actiones rationis & voluntatis circa media sint, considerandum. Voluntas ergo efficaciter cupiens finem, mouet etiam rationem efficaci imperio suo ad consultandum: inquirendum scilicet, quibus medijs ad

*actiones
rationis
& volū
tatis cir
ca me
dia ad
finem.*

*Consilia
vni.**Electio.**Consensus:
vsus.**qu. 12.**41.**77.**ma*

ad eum perueniri possit: & cum
plura occurrerint, vt inquiratur,
quod eorum sit cōuenientius: vbi
cum intellectus certum iudiciū
um tulerit (quod est cōclusio cō-
siliij, & cuiusdam practici discursus)
hæc erit prima eius circa illa
operatio, quam consilium voca-
runt & Philosophi, & antiqui il-
li Theologi.

Hanc verò sequitur in volun-
tate electio: cū scilicet volūtas
mediū illud efficaciter vult, quod
ratio conuenientius esse iudica-
uit. Quem actum & alijs nomi-
nibus nonnunquam vocarunt:
consensum videlicet, vel vsus.
Certum est tamen volūtatē post
finem, quem naturaliter amat, in
media tendere liberè & contin-
genter, iuxta rationis practicę iu-
diciū: atque ideo quādoque in
electione mediij peccatur à volū-
tate, & à ratione etiam erratur.

Vnde dixerunt Philosophi (pro-
ut d. Tho. in 1. 2. de hoc loquens.
dicit) syllogismum incontinen-
tis

R
tis siue
esse: q
tat, pr
nienti
da, qua
positi
cū a
rentia
do sub
cū co
nem e
gem,
cere: c
lectab
ita iud
tenda

Me
lib. 5. d
malce
confe
consil
sine, n
sibilib
quæ i
incert
cunt:
lūm l

om

tis siue peccantis, paralogismum esse: quod videlicet cum consultat, primo assumit, bona, conuenientia, & salubria esse appetenda, quasi maiorem quãdam propositionem præmissam: deinde cum assumit non vera, sed apparentia: cogitat, malè quodãmodo subsumens. Incontinens enim cū cogitare deberet fornicationem esse malam, & contra Dei legem, atque ideo in interitum ducere: cogitat è cōtrario, illam delectabilem & suauem esse, atque ita iudicat fornicationem appetendam esse.

Merito itaque Gregorius Nis. *Quarū lib. 5. de homine, c. 4. & 5. & Damascenus ca. 27. lib. 2. de orth. fid.* consentaneè etiam Philosopho, & electio. consilium & electionem non de fine, nec de necessarijs & impossibilibus, sed de medijs tantum, quæ in nostra sunt potestate, & incertum exitum habenti esse dicunt: propter quod in his non solum libertas, sed varietas magna est.

luntariū
 & violē
 tum c.3.
 lib.5.ca.
 24.2.

est in nobis.

Ex quibus omnibus iam vlti-
 mō ratio voluntarij ostenditur.
 Cū enim voluntarium à volū-
 tate propriè dicatur: voluntas ve-
 rō internum principium sit ope-
 rationum nostrarum cognitio-
 nem sequens: rectè Arist.in 3.eth.
 & antiqui illi, Gregorius & Da-
 mascenus (quos B. Thomas sequu-
 tus est in prima 2.) definierunt
 voluntariū esse, cuius principi-
 um est in ipso operante, sciente
 singula circa que est ipsa opera-
 tio: quod de circumstantijs dixe-
 runt, de quibus postea. Nunc ve-
 rō hanc voluntarij rationem ex
 opposito, inuoluntario scilicet
 ita explicant supradicti patres.

Volun-
 tario op
 ponitur
 violen-
 tia & i-
 gnoran-
 tia.

Inuoluntarium enim illud dici-
 tur, quod per violentiam fit, vel
 per ignorantiam. Violentum
 verò id dicimus, quod à princi-
 pio externo est. Voluntarium
 ergo ab interno oportet esse.
 Ignorantia rursus opponitur
 scientiæ, scientia ergo in volun-
 tario

RA
 tario re
 merito
 gnorāt
 proprie
 ri non p
 sumus,
 volūta
 teriora
 cuti cur
 gatur q
 di & op
 volunt
 lentum
 eis inu
 quid id
 mus qu
 cob ig
 Rachel
 tamen
 patres i
 um pos
 priè spo
 quidem
 tione,
 tute no
 priè en
 volunt

tario requiritur: volūtario igitur meritò opponitur violētia & ignorātia. Sed quoniā volūtati in proprio suo actu violentia inferri non potest (nec enim velle possumus, nisi volentes, & à propria volūtate acti) membra verò exteriora cogi possint à fortiori (sicuti cum pedibus & manibus ligatur quis, vt non possit progredi & operari) fit, vt ipsis actibus voluntatis non inueniatur violentum. Ignorantia verò sæpe in eis inuenitur: cum scilicet aliquid ideo volumus, quia ignoramus quid aut quale sit, vt cum Iacob ignorauit Liam esse pro Rachel sibi suppositam. Illud tamen non est omittendū, quod patres in brutis etiam voluntariis posuerunt (quod magis propriè spontaneū dici potest) & id quidem communi quadam ratione, non vt à voluntate, virtute nobis propria, dicitur: propriè enim in his solū est quæ voluntatem habent.

Vnde

48. DE ACT. RAT. ET VOL.

Vnde non tantum vt finis ipse & media, sed vt ordo etiam vni⁹ ad alterum apprehēdatur, ad perfectē volūtariū requiritur: quod in cæteris animalibus non est, vt beat⁹ Thomas hoc tractans, docet. Bruta enim magis à natura aguntur & imaginatione aliqua subito immissa feruntur, quam iudicio & voluntate. Metus etiã (vt eisdem locis conclusum est) voluntarium non aufert: sed simpliciter, quod metu facimus, voluntariū est: vt cū mercator iactū facit merciū in mare, imminente tempestate: quanquam dicatur secundum quid inuoluntarium: malle enim non incidisse in eam necessitatē: sed ex quo incidimus, absolutē volumus id facere quod illa postulat.

q. 6.1.2.

Metus non facit inuoluntarium.

LECTIO

DE AP

Le

DE R

pot

prin

titu



nales e
nicam
mantib
eorum
alię op
operat
etiam b
tum m
Igitur
mascen
potent
sentiar
ipsa rat
cis gen
enim f